



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exhortationes|| Ad|| Religiosos**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

3. De causis fugiendi honores. Thema. Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Matth. 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)



## EXHORTATIO III. IN REGULAM XI. SUMMARI.

### DE CAUSIS FUGIENDI HONORES.

T H E M A.

*Qui se exaltat humiliabitur; & qui se humiliat exaltabitur.* Matth. 23. 12.

V E L :

*Amant & ardenter exoptant que mundo contraria  
sunt.* Reg. II.



Ira Moyis animi demissio in deprecanda Israëlis præfectura omnibus sacerdotalibus, Religionis, & Societatis nostræ hominibus illustre præbet exemplum. Vni inquietabat Deus, Exodi c. 3. 10. & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Israel de Egypte. Vade Moyses: migra ex eterno ad regiam, præteris deinceps non gregibus; sed tribibus; ex opilio eris legatus Numinis ad Principem. Exinde non de compascuis ages; sed de victoris, profligabis exercitus, Dux eris populi,

mare subjugabis, imperabis igni, cœlo vestigial indices; verbo, Deuseris Pharaonis. Verum quid ad tanta munia Moyses? Offero, ait, Domine, non sum eloquens ab heri, & nudus tertius. Exodi cap. 4. 10. Perge, reponit Deus, Ego ero in ore tuo, doceboque te, quid loquaris. Sed perstat in profunda animi demissione Moyses: Offero, inquit, Domine, mitte, quem miseras es. Audin? Ipernit penè dixerim, ipsum Numen, mavultque à se abesse Deum, quam vulgo præsse. Et quid dimittebat? Hircos. Et quo abducebatur? In regiam. Et in quem refingebatur? In Deum Pharaonis. Attamen tantis & titulis & gemmis, oblatæ tedium præfectorum antefertur. O præclarum humili-

Pekin  
XVI

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

humilitatis speculum ! O egregius mundi & honoris contemptus ! Cujus specimen præbet secularibus, tanquam populi Antefignanus, Religiosis, tanquam mundo mortuus, nobis tanquam singulare glorie divinæ instrumentum, & Apostolus, seu missus.

Tantum virum ut amulemur, ternas adducam rationes, unam communem omnibus, alteram propriam Religiosis, tertiam magis consentaneam nobis ; ut magis magisque à mundo & quidquid mundus amat abhorreas.

I.  
Ratio ho-  
norcs  
mundi al-  
pernandi,  
ex ipso  
mundo &  
honore  
eritur.

I. Motivum primum, mundi honores, Laudes, altitudines avescandi & floccipendendi, ex ipso mundo, ejusque honore depromuntur. Honor fugientem sequitur, sequentem fugit ; ut communiter parati. Hoc tenore res mundi hujus, divina disponit Providentia ; ut superbos ignominia, humiles ac mundi contemptores subsequatur gloria : ut filii facili, se exaltantes deprimantur, & Filii Dei se deprimentes exaltentur. Ipsa id discimus quotidiana experientia : nam mundus amatores suos quantocyus obliviscitur, at contempentes suos, à quibus odio habetur & spurnitur, obliviscitur nunquam. Quare si vis, ut recordetur tui mundus, sperne eum ; & nunquam tu oblivisceris. Quorum enim, obsecro, recordatur mundus? quosnam cultu & honore prosequitur ? Eos, qui mundum fugerunt, qui ad antra deserti se reoperunt, qui honorem & gloriam, tanquam ventum spreverunt & omnes Orbis plausus, pompas ac dignitates, pedibus conculcauerunt. S. Hieronymus, S. Antonius,

S. Paulus, S. Maria Ægyptiaca, si mundo permanissent, dudum obliviosi sepulti jacerent : Verum quia in eterno vixerunt, quia in caverna, à mundis patre remoti, latuerunt, atque immortali Deo fideliter servierunt, perpetuâ memoriâ celebrantur : & in celo gloriâ immortaliter potiuntur. In mensa eterna erit iustus. Psalmi. IIII. 6. At contra, de impiis canit idem Psalmista regius. Psal. 9. 8. Perit memoriam cum sonitu. Quotimnam recordari Roma ? An Cæsarum vitorum & triumphis inclytorum ? An Principum, sanguine & bellicâ laude illustrium ? Non: sed Petri pescatoris, mundum relinquentis, & honorem eius ac salutem conculcantis ; adeo ut ipsi Pontifices & Reges, eum devenerint : qui salutem & gloriam mundi, seu pomum patrum abiecit. Verissimum igitur est in tum adagium antedictum : Honores fugientes sequuntur, sequentes fugit ; & illud Salvatoris : Qui se exaltat, humiliabitur ; & qui se humiliat, exaltabitur. I.c.

II. Motivum alterum, ardenter nimo religioso ad abhorrendum omnibus, que mundus amat, & totis viribus concupiscentium contraria scilicet qua Christus amavit, se esse subjicens, est ipsummet status religiosi.

giosus : is enim Bernardo & aliis attestantibus, status est hominum mundo mortuorum, & Christo soli viventium ; quis igitur non videt, iis illa minimè festanda esse, quæ mundus amat ? Si enim secus fecerint, denudando vivere & Christo emori occipiunt. Nemo enim potest dubius Dominis servire: Nec Christus & Mundus, Demissio & fastus, Vita & Mors honoris bene convenient.

Imò Religio est Schola Crucifixorum cum Christo, & quidem crucifixorum mundo, cum Apostolo profidentem: *Mibi mundus crucifixus est, & ego mundo:* Ad Gal. 6. Haec artem in hoc gymnasio totâ vitâ & discimus & exercemus. Quam verò alienum sit à crucifixo, ambire mundi honores, & pompas ; appetere auctoritatem & laudes, prensare praefecturas & dignitates ; quis non vider? Sancte Crucis ignoratio affixus, à Crucifixe nihil gloria sperat, nihil favoris & auræ popularis expectat, omnia spenit ; nihil concupiscit, nihil respicit, nisi alteram vitam & portum æternitatis, cui appropinquit.

Religio ulterius : ex SS. Patrum sententia, est status Pœnitentie: est congregatio lugentium: est ceterus peccata sua in amaritudine animæ destitutum: est grec morificorum, Christum imitantum ; & Christo patienti compatientium : de quibus ipsa Veritas afferit : *Mundus gaudet ; vos vero contristabimini.* Joan. cap. 16. 2. Quid igitur pœnitentibus cum gudio ? Quid cum mundi risu, peccata sua deploramus.

tibus? Quid cum honoribus, humilis JESU vestigia legentibus ? Quid cum vanitatibus seculi, secentibus veritatem ? *Quare misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animæ sunt?*

Interrogat meritò Job. cap. 3. Religiosus à mundo miser creditur : *Cue huic misero datur lux, honor, gloria?* *Et vita hi qui in amaritudine animæ sunt?* Quid lacrymanti seculi crimina, cum prosperitate seculari ? Quid mortuo cum luce, cum splendore, cum felicitate, cum vita hujus seculi ? Quid amaritudini animæ sanctæ, cum latitia mundana ? Non bene convenient, nec in una sede morantur, tristitia & latitia, lacrymæ & gaudium, amaritudo & voluptas, gloria & ignominia, plausus & contemptus.

Ad extreum Religio est caterva fervorum Christi, est cœrus singulæ amicorum DEI & hostium mundi. Ergo miles & amici Christi deseret amicitiam & signa Christi, ac velut turpis transfiga deficiet ad caltra & amicitiam mundi, secundo ea qua mundi sunt ? An nescitis : quia Amicitia hujus mundi inimica est DEI ? Jacobi cap. 4. *Quiunque ergo voluerit esse amicus seculi hujus, inimicus Dei constituitur.* Quare veluti abhorremus ab inimico, ita à mundo & omnibus quæ amat, abhorremus.

Eximo hac in parte exemplo præfusæ varii sanctitate conspicui Regulares. Sanctus Petrus Damiani diu Cardinalis & Episcopi Hostiensis

Kk munere

munere perfunctus , ad pristina se se  
Monachorum studia recepit ; egre-  
gioque Scripto facti sui rationem reddi-  
dit : ut refert Tympius in Spec. Episc.  
figno 103. n. 5. Doctor Mellifluus  
à teris civitatibus in Archi-Episcopum  
electus , nunquam adduci potuit ,  
ut dignitatem admitteret *Surius in vita.*  
*S.* Dominicus quantopere à dignita-  
tibus abhoruerit , quaternos Episcopatu-  
m constanter recusando , abunde  
demonstravit , contestans morti se malle ,  
quām tali onere gravari. *Tympius l.c.*  
figno 112. *S. Gregorius Magnus* in Ponti-  
ficiem electus , nec precibus , nec incre-  
dibili omnium Ordinum consensu  
permoveri potuit , ut Tiaram accepta-  
ret ; cūmque exitum omnem obseptum  
cerneret , in dolio exportandum se  
ad vicinum montem curavit , & in antro  
latuit , donec columna igneæ indicio  
proditus , & in lucebra deprehensus ,  
onus acceptare coactus est , ut recenset  
*S. Gregorius Thaumaturgus.* Et *Tympius l.c.*

Horum igitur Virorum sanctimonia  
illustrium , ab omni honore , ac digni-  
tate omnino abhorrentium exemplo ,  
& nos ab omni honore ac praleione ,  
non tantum extra Societatem , verum  
etiam intra eandem , animum geramus  
alienum ; & subesse portiū , quām praesē  
eligamus . Non offeruntur quidem  
hodiecum nobis Insula Episcopales aut  
Galéri Cardinalitii . Non proponuntur  
Tyronibus , Collegiorum , Domumve  
gubernacula : Non deest tamen illis oce-  
casio frequens in parvis animum elatio-  
rem supprimendi . Hac ergo se se offerē-  
te , ab omni , quantum obedientiā salvā  
līcet , munere honorato , ab omni gloria

inani , plausu , laude , famā , ac magi-  
nominis umbrā penitus abhorreamus .

III. M̄tivum tertium Soci-  
tatis Iesu magis proprium , & à mundi  
vanitate ac gloriā fluxā fortius avellere  
est gloria divina , quam Societas  
Alumnus , tanquam Aquila pulu-  
genuinus Solem , unice oculis fixi  
intueri debet . Ad majorem Dei gloriā  
Acroama & Symbolum est Ignati-  
anum ; hoc nīli corde , ore , opere prae-  
ferat Ignatii Filius , degener & spurio  
habebitur . Deus sōlus omni gloriā  
& honore est dignus ; homo autem  
indignus . Quare tota mens , animus , cor  
amor , voluntas hoc feratur , id unum  
intendat , querat , cupiat , desideret ,  
atque sollicitet : Non nobis Domini  
non nobis ; sed Nomini tuo da gloria .  
Psalms. 113. Atque ita cor divini amo-  
studio , ac zelo dilectum gerenti  
non libebit proprium honorem venari .  
Præclarè in hanc rem *S. Laurentius*  
*Justinianus* de instruct . & reg. Psalms.  
c. 12. Non igitur licet nobis in bac peregrina-  
tione honorem appetere : Non licet gloriam  
temporalem ambire ; cūm scriptum sit :  
Regi sculorum immortalis & invicti  
soli Deo honor & gloria in facula sculorum .

1. Timoth. 1. Si torus honor Deo sōli  
deberatur , qua portio homini convenies  
Pleniori lumine collustrata , beata  
in celo mentes , quantumvis eximis  
à Deo gratiis ac gloriæ dotibus con-  
decorata , nullā in re suam autupant  
gloriam , sed in unam divinam penitus  
abreptæ , coronas suas ante nei thronum  
projicunt , omnem illi gloriam debet  
palam profientes . Et nos homunciones ,  
nos (ut loquitur Bernardus) velut  
è palude

è palude nostrâ prorepentes ranæ, nos  
 miferis, infirmitatibus, & ærumnis  
 innatantes vermiculi, nudi, caci, egeni,  
 in hac lacrymarum valle, posta fronte  
 & verecundiâ, Deo liberalissimo  
 debitos honores audebimus usurpare?  
 Sanè si ingenitam vilitatem nostram,  
 Deique eminentiam ac celsitudinem  
 perpendamus, omni nos contemptu &  
 opprobrio dignissimos jurâ centemus;  
 & ad honorem quemvis non sècùs  
 atque rutticus ad oblatum honorem  
 regium libi indebitum erubescimus,  
 nosque derideri existimamus. Praeclarè  
 iusum S. Laurentius Jallianus l.c.  
 Nescit Deum, & semetipsum prorsus ignorat,  
 qui ante oculos hominum honorabilitè appa-  
 reat desiderat. Utique si scires Deum,  
 à quo unta, per quem omnia, in quo omnia;  
 qui universa, que sunt, fecit ex nibio,  
 cuius cuncta famuluntur arbitrio, &  
 quae Angelorum, Archangelorumque  
 innumerabilis colit exercitus: Ipsi soli  
 honorem deseriri concupisceret, ipsiusque  
 corde venerando, & ore laudando timeret.  
 Denique si seipsum agnosceret, profectò  
 se humiliando deprimeret, neque præ sui  
 cordis confusione, oculos ad celum levare  
 prasumeret; quemadmodum Publicanus ille  
 Evangelicus. Non enim potest non geme-  
 te, neque honorem prætereuntem  
 non fugere, qui propria infirmitatis  
 est concitus, propriæque conditionis  
 est ignarus. Quomodo (quæso) valet se  
 continere à gemitu, quimentis oculos  
 in semetipsum reflectens videt se  
 densillimus ignorantiae involutum tene-  
 bris, diversarum cupiditatum irretitum  
 vinculis, noxiarum cogitationum  
 agitatum procellis, variis perturbatum  
 tentationum fluctibus atque innume-  
 rabilium vitiorum catenis altictum?

Sanctus Familia nostra Conditor  
 Ignatius, summus glorie divina æsti-  
 mator, & honoris proprii Contemptor,  
 quanto molimine, licet omnium suffra-  
 giis electus, Præpositi Generalis munus  
 à se amovere initio; & decennio in eo  
 exacto, postmodum deponere ~~conatus~~ conatus  
 fuerit, narrat Ribadeneira & Tannerus  
 pag. 91. & 21. Parimodo: quanto studio  
 R.P. Jacobus Layez Societatis JESU  
 secundus Generalis, quantóque conatu  
 à se Episcopatum Labacensem, &  
 Pisaniū, uti & Archi-Episcopatum  
 Florentinum; nec non Dignitatem  
 Cardinalitatem ipsiusque summi Ponti-  
 ficiatus apicem (ad quem duodenæ  
 Cardinales Electores jam suffragia illi  
 contulerant) amolitus fuerit, abhorre-  
 tit, ac fugâ periculum evitare decreve-  
 rit, videre est apud Tannerum pag. 95.  
 & 56. Tantos Duces fecerit R.P.  
 Joannes Numinis è Societate nostrâ, ad  
 Patriarchalem Dignitatem Æthiopiarum  
 evehendus, tantopere ab ea abhorrebat,  
 ut afficeret, malle se in compede ac  
 catenâ vitam trahere, quam oneri huic  
 humeros supponere; quod tamen  
 tandem obedientia adactus sustulit.  
 Histor. Societ. p. 1. l. 14. n. 15.

Cognitis ergo, Carissimi, causis  
 fugiendi honoris mundani, laudis,  
 gloria & omnis vanitatis, ac memoriz  
 perennaturæ apud mortales, quæ fluxa  
 est, quaque fugiendo potius, quam  
 querendo obtinetur; & cuius despectu  
 loco acquiritur gloria aeterna in celis:  
 cognitis, inquam, & perspectis rationi-  
 bus, quod scilicet ambitio & vana gloria

Kk 2 ipsius

Pekin  
 1610  
 XVI

ipsum Statui religioso repugnet tanquam statui Mundo mortuorum , crucifixorum, penitentium, & pecularium Dei servorum atque amicorum, illi soli servientium & in illo uno gloriantum. Deinde quod Societati JESU, peculiari titulo ad Dei gloriam sectandam , propagandamque institutam , mendicos plauis, favores & encomia aucupari, omnino aduersetur : jam tum à tyrocinio hæc à vanitatibus istis aversio, & fuga aufpicanda est. Non exigit quidem sanctus Parens noster à Tyronibus apicem perfectionis hujus Regulae ; sed in examine saltem desiderium desiderii hujus perfectionis requirit ; quo habito, à parvis contemptibus , modicisque confusionibus inchoandum est , atque hæc viā pede-

tentim ad majores , ac magis ardus ascendendum. Quod si neglexerimus, nunquam erimus Mundo mortui, & crucifixi ; nunquam evademus veri Pœnitentes , nec servi aut veri Amici Christi ; adeoque nunquam veris Religiosis annumerabimur. Deinde hoc neglecto, nunquam genuina S. Ignatii proles , nunquam veri glorie divina zelatores, nunquam verae animi demissione possessores, nec sancti Ignatii & Lainii, nec Moylis, nec aliorum Sandrum humilitate excellentium imitatoribus accesserimus ; sed potius sub vello religiosâ cor superbum, cor tumidum, cor vanum & ambitionis , & si non penitus, saltem semi-mundanum circumferemus.

## EXHORTATIO IV. IN REGULAM XI. SUMMARII.

Dilucidat pericula dignitatum & honorificorum munerum.

T H E M A.

Judicium durissimum his qui præsent fiet. Sap. 6.6.

V E L:

Optant imitari Creatorem & Dominum IESUM Christum, ejusque vestibus indui. Reg. II.

**S**Apientia & dignitate eminentissimus Cardinalis Joannes Bona , in libello , quem vita Christianæ principia indiget p. 1 s. 35. hanc doctrinam graviter inculcat. Sapiens est qui suis momentis ponderat res, & estimat, prout sunt; non sicut prædicantur & estimantur ab hominibus. Qualibet enim res duas veluti facies habet; unam veram, fiduciam & apparentem alteram, Vera est, quæ rationibus divinis & idea in mente Dei existenti conformis est; falsa est, quæ secundum ideas &

afficiuntur.